

tur nulla esset anima, siue stilus aut antenna. Nam his
 vocabulis eam rem significant. ITA ERVNT
 TEMPERATÆ GRADVVM ET
 IPSARVM SCALARVM COLLO-
 CATIONES. De graduum retractione & cras-
 situdine, lege lib. 3. cap. 3. quæ ad ædes sacras pertineat,
 nam retractionem istam, quam constat ex perpendicularo
 & recessione habere debere ad crassitudinem, rationem
 proportionis sesquiteritiæ, nihil esse dubium oportet ad præ-
 uatarum ædium scalas pertinere.

CAP. TERTIVM.

VRVM AD SACOMA AP-
 PENDIT REDEMPTORI.

Σημομα Græcis est æquipodiū, idest æqua-
 le pondus vt hoc loco, & huius lib. cap. ultimo, æquo pon-
 dere phelli, sacoma saburræ, aut ē quod laci trutinæ sur-
 sum lata adiungitur, vt grauiori fiat æqualis, vt est apud
 Iulium Pollucem lib. 4. cap. 24. Aristoteles in Mecha-
 nicis dicit οὐκ ἔστιν ἰσοπέδιον pro æquilibrio facere.

IN ID CORONARVM OPVS. Alias
 legitur Coronarium, eadem plane significatione, idq; me-
 lius, cum de vna tantum corona dicat. CVM IN
 SOLIVM DESCENDERET. Idest la-
 brum vt Catoni de re rustica cap. 20. Plin. lib. 31. cap.
 2. Cornelio Celso & aliis, vnde cella solearis, siue vt lego
 foliaris dicitur ab Felio Spartiano, vbi solia idest vasa
 quibus in balneis utebantur, solebāt adseruari. Domitius
 Calderinus apud Martialem lib. 2. dicit Solium esse vas